



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

III. Die Ianvarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

III. DIE IANVARIJ.

BALDVINVS
CUVILLONIUS.

Belga Tor-
naci. 3. Ia-
nuarij 1592.

Exempla
Sanctorum.

Exempli
vir.

Novitius.
Vocatio.

Obedientia.

Paupertas.

LAutæ, ac nobilis hæreditatis hæ-
res vnicus. Hunc etiamnum no-
uennem & orphanum audita
Sanctorum aliquot Patrum vita ita
permouit, vt cum alio quodam, cum
quo ætatis, amicitia, ac studiorum si-
militudo maxima illi erat, in collem
vrbi vicinum abiret, quò ibi solitarius
ea imitaretur, quæ de Sanctis illis ere-
mi Patribus auditione acceperat. De-
inde cum apud Ecclesiasticum vi-
rum educaretur, & mores patris de
Societate cuiuspiam (qui quas Aduen-
tus & Quadragesimæ vocant concio-
nes habebat ad populum, & eadem in
domo vnâ cum socio Nouitio reli-
giosè admodum diuersabatur) item-
que socij modestiam obseruaret; ad
idem vitæ genus exarsit, ac tandem
post annos plures flexis humi genibus
cum lachrymis Societatem impetra-
uit, & ingressus est, peruictis omni-
bus, quæ obstabant, cum identidem
ingeminaret verba illa: *Va vobis diuiti-
bus. Et: difficile est diuitibus post deli-
cias sequi delicias.*

Pecuniam quam pro itinere ad No-
uitiatum acceperat Patri cuidam de-
dit, vt ab eo tanquam ex obedientiæ
manu viaticum acciperet. In tyroci-
nio ad illatas Societatis vestes exulta-
bundus: *Saluete, inquit, angusta eorum
paludamenta, qui de mundo triumphau-
runt, ex quorum conspectu longè plus haui-
rio voluptatis, quàm vnquam ex aliarum
vestium pompa degustauerim.*

Tum abiectus in genua libellum
horariarum precum B. Virginis, Ico-
nes, Rosarium, & quidquid pij instru-

menti habebat Magistro Tyronum
dedit, ab illo accepturus, quod ille
dare vellet, vt nihil, inquit, vllâ ratio-
ne dicere meum possim, vt nihil quam-
uis diuinum habeam, nisi à manibus
obedientiæ, hoc est DEI. Reliqua quo-
que virtus in illo ea fuit, vt non virtu-
tis rudimenta condiscere, sed excel-
sum eius fastigium exemplis ostende-
re diceretur consummatus in breui.

IOANNES VERENTIA
COADIUT.

Hic in ea quæ Mexicum inter ac
Angelopolim est solitudine, nul-
lo vocis authore deprehenso, quid-
quid circum omnia per diligentem lu-
straret, vocem primò, iterum, tertio
disertè dicentem audisse fertur, quæ
illi aut Religionem, aut æternas pœ-
nas indicebat. Societatem complexus,
in tyrocinio vidit B. Virginem inter
duos senes mediam; quæ placidè ac
blandè tyroni tenidens, vt loquuntur
annuæ, vadem se obrulit pro Ioanne
nouam Filij sui militiam ingresso. Mi-
râ laboris & orationis assiduitate fuit
præstans Coadiutorum exemplum, &
qui Mariam Vadem suam verè non fe-
fellerit. Sic de illo is, qui eius arcana
per 19. annos pernouit, Rector Colle-
gij Mexicani.

P. ANSELMVS
CRUCIUS.

IN sæculo vir opulentus & liberalis
erga pauperes, milites, Religiosos,
potissimum erga Societatem. Catha-
rinæ Daniels vxori, & neptibus pe-
cuniam

Nauarrus
Mexici.
3. Ian. 1609.

Vocatio.

B. P.

Belga Loua-
nij. 3. Ian.
1619.

Elémofynæ

cuniam ad pauperes copiosam in cor-
 bibus efferre se dicentibus, responde-
 debat: Efferte, sed mihi centuplum
 reportate. Cum Catharina sua (Cui-
 us vita typis edita in lucem est) tan-
 quam cum sorore per annos 28. in
 Matrimonio vixit: & illâ ad Annun-
 ciatas secedente, Societatem ample-
 xus est, Beatissimâ Virgine Montis
 acuti prius in consilium opemque pro-
 positi vocatâ, Mathias Houius Me-
 chliniæ Archiepiscopus cum abeunti
 benè precaretur; Nunc dimittis, aie-
 bat, seruum tuum Domine! gratias-
 que agebat pro tam raro exemplo,
 quo suum Episcopatum ac ætatem
 ornasset Deus. In Societate tametsi
 & pluribus domicilijs, & sæpè, &
 magna beneficia præstitisset, se tamen
 infra omnes ducebat; & 54. iam an-
 nos natus ad infima quæque cum No-
 titijs se demittebat. Superiori non
 nisi demissis per summam modestiam
 oculis, & aperto capite loquebatur
 S. P. Ignatij semper præcipua in illo
 memoria & pietas; quippe cuius be-
 neficentiam erat expertus quando non
 sine miraculo per illum à difficili her-
 nia est persanatus. Nunquam, etiam
 in senio, Coadiutorem vllum cubiculi
 sui administrum admisit, quidquid
 ætas id, & collata in Societatem tot
 luculenta beneficia postulerent. Vesp-
 eri cubitum tardius concedebat, ma-
 nè tamen quieti nunquam ultra præ-
 stitutam omnibus horam indulsit.

Humilitas.

S. P. Ignat.

Manè.

P. P E T R V S
 L E C A M U S.

Gallus obiit
 Viriduni.
 3. Ian. 1634.

Desiderium
 patinai.

Cum aliquando vehementissimo
 patendi desiderio accensus, fla-
 granter petijisset plurima & maxima
 pro nomine Iesu pati, è vestigio tor-
 mentis se corripit, ac toto triennio in-
 star lobi dirè cruciari sensit. Moritu-

rus, non semel petijt à Superiore, vt
 sibi per illum liceret in triclinio coram
 omnibus publicam omnium totius
 vitæ noxarum exomologesim insti-
 tuere.

Humilitas.

I A C O B V S D E
 A L A G O N C O A D.

Coadiutor è diuite Marchionum
 de Villator familia oriundus æta-
 tis anno 44. in Societatem receptus
 est; quam & Ciuitatibus quas posside-
 bat, & nuptijs quæ luculentissimæ of-
 ferebantur, præhabuit. In illa ad om-
 nem perfectionis laudem perseueran-
 ter intentus, stabuli, culinæ, verren-
 dæ domus mediastinum se fecit, cum
 hæc aliàs vehementer horreret: desi-
 derabat carere illâ læritiâ quam sen-
 tiebat in corde, quod DEO soli serui-
 ret. Hæc demissionis via illum ad in-
 timam DEI familiaritatem perduxit,
 quæ illum aliquando à sensuum quo-
 que vsu abduxit, mox tamen sibi red-
 ditum, si Superior loqueretur.

Sardus Ca-
 lari. 1. Ian.
 1634.
 Humilitas.

Oratio.

Obedientia.

B. V.

Cust. sen-
 suum.

Castitas.

Mortif.

Sabb.

B. V.

Cum stomachum assiduis ieiunijs
 destruxisset, ac per vomitum conti-
 num nec diuino Sacramento refici
 posset, P. Rectoris consilio Beatissimâ
 Virginem pro accommodando sto-
 macho precatus. 1. Ianuarij Diuinæ
 mensæ accubuit. Vt stemmatis sui cla-
 ritate absconderet Iacobus de IESU
 dici desiderabat. Oculis & Linguâ in
 castimonie leges iuratâ, fæminas non
 nisi quàm breuissimè, quàmque rarif-
 simè, ac demissis semper oculis allo-
 quebatur. Feria sexta & Sabbatho
 perpetuum illi ieiunium: adiectâ quo-
 que publicâ disciplinâ Sabbatho quot-
 hebdomadis. Fuit cum vnico DEI-
 PARÆ Matris aspectu ab vsu sensuum
 auocatus, non nisi auditâ Superioris
 voce sibi est restitutus.

IV. DIE